Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

in publico agro intrepidus veniens.
predicatione sua cunctis persuaderent
ad salutem. Quidam negociator ibidem
residens nomine Felix christianus iam
ex orientalis. vir talis cuius negoci
acio quotidie in christianos pauperes ero
gabatur. sanctum Andochium presbyterum et Thir
sum diaconem in suo excepit hospici
o. usque dum se virtutibus manifesta
tradicione populis demonstrarent. Su
bito vero Aurelianus imperator a civita-
te veniens Senonas. ubi cum presenta-
tam domum aggressus est. sibi tentori
a tendi precepit. Unus vero ostiarius cru
delissimi cesaris. dum Felicis hospici
um fuisset ingressus: invenit sanctum
Andochium et Thirsum christi verbum predican-
tes. Tunc fremebundus veniens nun
ciavit. quod christiani in domo Felicis resi
derent.
Quod audiens secundum
morem rabiei sue. conspectui suo
eos presentari iubet. Tunc Felix An-
dochio ait. Ne paciaris me separa
ri a corona pietatis tue quam accepturus
es a christo pater. sed oracionibus vestris adiu
pariter me perducatis ad preciosam marty
rii coronam. Et facta oracione. intrepi-
di pergunt. ligatis post tergum manibus
ducti sunt in conspectu iniquissimi cesaris.
Quibus Aurelianus ait. Cuius regionis
homines estis: aut quod nomen vestrum. aut
quem deum colere vultis? Sanctus Andoch
ius ait. Orientales homines sumus.
A sancto patre nostro Policarpo episcopo missi
christum cultores celi maris et terre.
et que in eis sunt colimus. nomen meum
Andochius fratrum meorum nomina Tirsus et
Felix. Aurelianus ait. Numquid iniuria
potencie nostre. et deorum dearumque nostrarum
tam longi itineris spacia venistis?

Andochius ait. Nos venimus a christo
ammoniti. cuius verbum incorruptum gen-
tibus predicamus. Aurelianus ait. Nun
quid in regionibus aut in provincia
ista non cognovistis quod antecessorum im-
peratorum et nostre auctoritates astrinx
erunt. ut qui hiis diis nostris non sacrifica-
verit. diversis suppliciis afflictos
gladii eos iubeamus finiri sententia.
Andochius ait. Nefas est dominum conditorem
derelinqui. et coli lapides et ligna.
ydola muta et surda. Aurelianus
ait. Muta et surda esse dicis: invictis
simum Iovem Mercurium atque Satur-
num? Andochius ait. Hii quos
tu nominas. demonia esse manifeste
probantur. Nam spes eorum absque visu
absque gressu absque tactu esse videtur.
Aurelianus ait. Sacrificate diis nostris.
ut ex erario publico remunerati pri-
mos vos in meo palacio esse constitu-
am. et ne male pro christo vestro qui ab
hominibus est crucifixus moriamini.
Ad hec una voce hii tres clamantes
dixerunt. Aurum et argentum tuum te
cum sit in perdicione lupe rapax: quia credis
te donum dei per pecuniam supplantare:
nos pocius pro christo mori volumus quam
ab eo recedamus. ubi plus iusti quam
sol in regnum celorum refulgent. et illis
ibi erit lumen eternum et vita immortalis.
et dabit illis ibi que oculus non vidit.
nec auris audivit. nec in cor hominis
ascendit (erit). que preparavit deus dilige-
ntibus se. Nam hii qui diis tuis de
serviunt. ibunt in tenebras exteriores
in inextinguibilem ignem. que preparavit
pater tuo diabolo et angelis eius. ibi
illorum fletus erit et stridor dencium.
semper desiderabunt lumen et non videbunt